

CAPUT IX.

De Creationis opere pri-
mo Naturæ.*Nec de eō consentiunt Pontificij.**S. I.*

I. Quid propriæ creatio sit, de eo non
convenit inter scholasticos. Vide Tan-
ner Tom. 1 disput. 6. qu. 1. dub. 2. n. 9. seq.
& Vasquez Tom. 2. in 1. Thom. disp. 173.
Dum alii contendunt creationem esse
influxum realem & absolutum DEI in
Creaturas: Contra alii, esse solam rela-
tionem creaturæ ad creaturam tran-
scendentalem, ut Scotus, quem ideo
castigat G. de Valentia Tom. 1. col. 998.
b.c.

De Creationis cauſsa effidente non
convenit inter Pontificios. 1. Pererium
& Cajetanum, quorum ille ita Genes. 1.
spiritus Domini ferebatur. Libet ex-
plodere *novam & mirabilem* Cajetani ex-
positionem, inquit Pererius in 1. Genes.
n. 60. qui per spiritum angelos intelli-
git metaphorice. Eundem Cajetanum
reprehendit Sixtus Senens. lib. 5. anno-
tat. 7. fol. 414. b. *Contra Sanctorum sen-*
sum,